



præmissa, quæ est principium, subiicitur, vel prædicatur iuxta formam syllogisticam...

Primum respondet Coninch. disp. 9. dub. 4. non solum auctoritatem sive veritatem Dei me credere credendum...

Sed Contrâ, quia sicut dicebamus in arguente, quamvis largè loquendo possit quis dicere præmissa in demonstratione esse motum scientie...

Secundò respondet Amicus, revelationem non tantum applicare primam veritatem intellectui credenti, ut in argumeto assumitur; sed etiam integrare rationem formalem assensendi...

curio Dei directâ, & imperata ab ipso Deo, quatenus prima veritas est...

Hæc etiam respondo reicitur ex dictis; quia si revelatio non aliter rei testificatur...

Tertiò respondet Poncius ubi supra, id quod dicitur, revelationem quidem requiri ad assensum fidei...

Cæterum exempla superius adhuc ipsum declarandum adducta adeo sunt clara, ut omnino ridiculum sit dicere, id non posse concipi...

Quartò tandem respondent alii, idèò revelationem non posse esse puram conditionem, quia specificat actum fidei...

60

61

62

cur, quia reuelatum; nam etiam creditur id esse reuelatum, quia Ecclésiæ proponit, ex quo tamen nemo infere propositionem Ecclésiæ esse motum formale fidei...

ARTICULUS SECUNDUS.

Objectiones Soluæ.

IN Oppositione Primò arguunt Suarez, Coninchius, Amicus, Arraga, & alii: Fides nostra, ut ex iplo nomine constat...

Respondet, argumentum hoc ex modo loquendi de fide Sacrae Scripturæ adductum, in quo vim tantum faciunt Adversarii...

Et quo patet solutionem inter arguendum allatam esse sufficientissimam, si bene intelligatur, nam cum hoc quod reuelatum Dei non sit ratio motiva, sed conditio; adhuc bene...

verificatur nos per fidem accipere verbum Dei, tanquam testis veracissimi, & infallibilis; & saltem est in omnibus Scripturæ locis, ubi fermo est de fide, non ponitur, quam Dei testimonium...

Secundò arguit Suarez, id quod est proprium motum credendi, est obiectum formale fidei, sicut esse solet cum proportionem in scientia...

Respondet, ignem quoque in communi modo loquendi dici manum calefacere, non tantum, ut calidum, sed etiam ut illi approximatum, & applicatum...

Ad Confirmationem negatur assumptum, habitus enim fidei non habet unitatem ad unitate revelationis, sicut ab unitate actus revelandi...

Tertiò arguit Coninchius, quia id in aliquo assensu habet rationem obiecti formalem, quod est medium, sive ratio non movens ad assensum...

66

67

68

pou-





quod primam veritatem, quia dicit illam maiore Quiequid Deus...

22. Respondeo itaque consequens in illo syllogismo non esse recte...

23. Verum tota huius instantie doctrina vera est, quando habet...

Ad Confirmationem dico cum Amico ex premissis evidentiis...

Cardinalis de Lugo disp. 2. sect. 1. n. 9. ait se vim huius solutionis...

23. Respondeo negando claram revelationem ita habere necessariam...

quidem habet intrinsecam habitudinem, & dependentiam ab illa...

Secundo principaliter arguit Suarez, assensus fidei nostra est...

Respondeo ex dictis num. 92. conclusionem ex illis premissis...

Sed rursus instat Cardinalis de Lugo, quia postea assensu...

Respondeo ex medio scientifico, quod ex se habet intrinsecam...

Ad ultimum concedo antecedens, & primum consequens...

siqungo, evidetia intrinseca, & in se, nego; evidetia extrinseca...

27. Tertio arguit Arriaga probans, assensum erga mysterium nite...

Respondeo negando assumptum, quod ad usum sit scientia, &...

28. Quarto arguitur, fides nostra fundatur in revelatione Dei...

Respondeo distinguendo consequens, fides nostra dara ea...

Ad Confirmationem, Beccanus loe. citat. responder concedendo...

Verum quia dictum est superius num. 89. idem iudicium faciendum...

Sed quamvis ob hanc rationem plures Recentiores teneant...

At instat Hurradus disput. 27. sect. 1. quia quacunque fide...

Respondeatur cum Caspensi, nullo modo hos duos assensus...

veracitatem dicentis, non autem rem ipsam revelatam per medium intrinsecum.

QUESTIO QUARTA.

An fides, & scientia possint simul esse de eodem obiecto.

102 Hæc questio similis est illi, quam tractavimus disp. 14. Logica q. 2. an scientia, & opinio possint simul esse de eodem obiecto...

103 Tres autem præcipue sunt sententiæ in hac controversia, dicitur extrema, & una media; Prima extrema est, quod non possit eodem intellectu habere simul scientiam, & fidem...

ARTICULUS PRIMUS.

Quid dicendum de potentia ordinaria, & naturali.

104 Dicendum primò, quod potest habitus fidei esse simul cum actu scientiæ, & habitu ipsius, de potentia ordinaria, & naturali.

immutare dum enim causa una, non movetur, nec causabilis altera a fortiori causa præventa, suspensa, & impedita...

Deinde verò, quod habitus fidei potest etiam esse simul cum actu scientiæ de eodem obiecto, & vice versa actualis fidei assensus cum habitu scientifico, probatur...

Respondent Thomistæ. Docem acquirentem scientiam de propositione credibili, eo ipso habitum fidei amittere formaliter circa illum articulum...

Dices, hinc sequi, eodem modo posse stare simul duos habitus oppositos, ac non oppositos, nam eodem modo eorum motiva non opponuntur...

Denique si habitus fidei, & scientiæ inter se repugnant, ut potissimum est, quia sunt principia actuum oppositorum...

ergo quamvis pugnent simul actus fidei, & scientiæ, non tamen simul pugnant eorum habitus, vel actus unus cum opposito habitu alterius.

Dices, idè abedienem, & nigredinem esse conaturaliter incompatibiles in eodem subiecto, quia nax sunt causæ effectus incompatibiles, ut disgregare, & congregare visum...

Respondet primò negando antecedens, quia albedo, & nigredo possunt simul esse in gradibus remissis, quare sic etiam possunt esse simul habitus fidei, & scientiæ...

103 Dicendum secundo, actus scientiæ, & fidei naturaliter non possit esse simul in eodem intellectu de eadem conclusione. Hæc est contra nonnullos Auctores seculæ...

Respondent Latres fidem opponere visioni, & tamque appellare obcurum, & enigmaticum, argumentum non apparentium, ratione sui formalis motivi...

109 Ridicula planè, & prolus inopeta expositio sic enim exponitur, alium Patres in summa non diffinxerunt, quam quod nemo credere potest per actum visionis...

110 Confirmatur hoc idem ex illo 1. ad Corinth. 13. Cum speret, quod persuetum est evanescere quod ex parte est...

Respondent, assensum fidei diviæ posse consistere, cum actuali clara cognitione naturali, sive abstractiva, sive intuitiva circa idem obiectum...

excludit assensum fidei, licet de potentia Dei absoluta etiam cum hac consistere possit: Verum id videtur gratis omnino dictum, quia visio beata a nulla non videtur habere maiorem rationem...

Denique probatur ratione, nam experientia constat, nos non moveri propter auctoritatem dicentis, quantumcumque verax sit eius testimonium, ad assensum alicui propositioni...

Confirmatur hæc ratio à simili, nam lumen majus prævenit prolium effectum luminis minoris ad cavendam acris illuminationem, ut patet de lumine Lunæ, quod nullam habet actionem...

Respondent paritatem assumptam non currere, quia opinio nis ad scientiam est duplex differentia, prima, quia scientia dicit certitudinem, & opinio formidinem...